

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

que de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quod ibant: et ipse se vixit longius ire. Et coegerunt illum dicentes Mane nobiscum quoniam advesperascit: et inclinata est iam dies. Et intuit eum illis Et factum est dum recuberet eum eis accepit panem: et benedixit ac fregit: et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt eum: et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt ad iuicem. Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loquereris in via: et aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadez hora regressi sunt in iherusalē: et iuenerunt congregatos undeci: et eos qui eum illi erant dicentes quod surrexit dominus vere: et apparuit symoni. Et ipsi narrabant que gesta erant in via: et quomodo cognouerunt eum in fractioe panis. Dum autem esset locus: stetit ihesus in medio eorum et dixit. Pax vobis. Ego sum: nolite timere. Conturbati vero et territi: existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis: et cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas et pedes: quoniam ego ipse sum. Palpate et videte: quoniam spiritus carnis et ossa non habet. Sic me videtis habere. Et cum hoc dixisset: ostendit eis manus et pedes. Adhuc autem illi non credentibus et mirantibus pro gaudio: dixit. Habetis hic aliquid quod manducetis? At illi obtulerunt ei partem piscis assi: et fauam mellis. Et cum manducasset coram eis: humeris reliquias dedit eis. Et dixit ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc apertit illi sensum: ut intelligeret scripturas: et dixit eis. Quomodo sic scriptum est: et sic oportebat christum pati et resurgere a mortuis tertia die: et predicare in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes: incipientibus ab iherosolima. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate: quoad usque id uamini virtute exalto. Eduxit autem eos foras in bethaniam: et eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est dum benediceret illis recessit ab eis: et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes regressi sunt in iherusalem cum gaudio magno: et erant semper in templo laudantes et benedicentes deum amen.

Explicit euangelium secundum lucam:  
Incipit prologus in euangelium secundum iohannem



Ite est iohannes euangelista vnus ex discipulis domini: qui virgo a deo electus est: quod de nuptiis volentem nubere vocauit deus. Cui virgin-

ginitatis in hoc duplex testimonium datur in euangelio: quod et pro ceteris dilectus a deo dicitur: et huic matrem suam de cruce commendauit dominus. ut virginem virgo seruaret. Denique manifestans in euangelio quod erat ipse incorruptibilis verbi opus inchoans: solus verbum carnem factum esse. nec lumen a tenebris comprehensum fuisse testatur: primum signum ponens quod in nuptiis fecit dominus ostendens quod ipse erat: ut legentibus demonstraret quod ubi dominus inuitatus sit deficere nuptiarum vinum debeat: et veteribus immutatis. noua omnia que a christo instituuntur appareant. Hoc autem euangelium scripsit in asia: postea quod in pathmos insula apocaliptice scripserat: ut cui in principio canonis incorruptibile principium prenotatur in genesi: ei etiam incorruptibilis finis per virginem in apocaliptice redderet dicente christo ego sum alpha et omega. Et hic est iohannes: qui sciens superuenisse dies recessus sui conuocatis discipulis suis in epheso: per multa signa notum ex perimeta promens christi: descendens in defossam sepulture sue locum facta oratione: positus est ad patres suos: tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis inuenitur alienus. Tamen post omnes euangelium scripsit: et hoc virgini debebat. Quorum tamen vel scriptorum temporis dispositio: vel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non exponitur: ut sciendi desiderio collato et querentibus fructus laboris: et deo magister in doctrina fuerit.

Explicit prologus. Incipit euangelium secundum iohannem. Capitulum primum.